habituali, practicè, experimentaliter. II. vel potius conſideratam in *ſuppoſito* & quatenus divinæ naturæ perſonaliter eſt unita. hac ratione non ſcivit diem judicialem ſcientiâ *infusâ* ac *divinâ.* quandoquidem Chriſtus ſecundum carnem *Omniſcientiæ communicatæ majeſtatem,* quam à primo Conceptionis momento habuit, *non ſemper, inceſſanter*, ac plenariè uſurpavit atq; exeruit, durante ſtatu inanitionis ac evacuationis. per ea,
Apolog. ſect. 4. c. 6 quæ nervosè diſputant D.D. *Theologi Saxonici.*

§. 12. II. *Ratione officii, non ut futurus judex, ſed ut legatus Patris.* miſſus enim erat ad conſilium divinum de ſalute
p. 173. l. c. Harm. Ev. p. 2. c. 161. p. 639. C. de ſupremo judic. p. 60. noſtra aperiendum, non ad revelandum diem decretorium. quæ eſt communis *Patrum* ſententia apud B. *Gerhardum* & D. D. *Calixtum* quibus addimus *Iſidorum Peluſiotam*: οὐκ ἠγνόησεν ὁ κύριος τῆς συντελείας τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ σαφηνίζειν τὰ ἀνωφελῆ παρῃτεῖτο προβλήματα. ἐπεὶ πῶς ἀγνοεῖν ἠδύνατο ὥραν ἢ ἡμέραν ὁ ποιητὴς τῶν αἰώνων, ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας; οὐκ ἦν ἀγνοοῦντος τὸ καὶ τὰ σημεῖα καὶ τὰ φόβητρα προειπεῖν τῆς ἐσχάτης, καὶ ὥσπερ παροῦσαν αὐτὴν τοῖς γνωρίσμασι διαγράφειν. ἀλλὰ τῆς εἰκαίας ἐρωτήσεως τὴν ἀπόφασιν οὐκ ἐδήλωσε. τί γὰρ ὄφελος μαθεῖν τὴν ἡμέραν τοῦ τέλους; ἀγνοεῖν ἢ ταύτην συμφέρει, ἵνα πᾶσαν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι νομίζοντες ἕτοιμοι πρὸς
l. 1. epiſt. 117 ταύτην τυγχάνωμεν, γρηγοροῦντες καὶ τὸν κύριον ἡμῶν περιμένοντες. *Non ignoravit Dominus diem conſummatorium, ſed frivolas quæſtiones elucidare recuſavit. alioquin quomodo diem aut horam ignorare poterat ſeculorum conditor, in quo omnes theſauri ſapientiæ reconditi ſunt? ſanè non erat ignorantis, ſigna extremi diei tremenda prædicere, & tanquam præſentem depingere, ſed vanæ quæſtionis ſolutionem dare detrectavit. quid enim prodeſt, diem mundi decretorium exploratum habere? immò eundem ignorare conducit, ut omnem diem ultimum illum eſſe opinantes parati & vigiles Dominum præſtolemur.*

§. 13. Stat itaque *Prophetam* impræſens non tractaſſe de *prima* ac particulari *Reſurrectione à morte peccati,* quâ de agitur *Joh. V. 25. Eph. V. 14.* nec de converſione *Judæorum*, quam polliceri videntur *Hoſeas III. ult.* & *Paulus Rom. XI. 25.* ſed de *ſecunda* Univerſali, qua in *judicium* inſtituetur *diſcuſſionis*